mam dicente scriptura. Non poterat filium amabilis primitiuum prae-
ponere cum sciat filium odibilis primitiuum esse. Ille est uere primiti-
uus qui sce matris scs est partus sicut illa uera mater a uiuis in ero non
erant ueri filii sed peccatores. Ergo ille non uere matris filius non pri-
mitiuus uerus sed quasi primitiuus iuuatur sumptu ne egeat non ut diues
sit honoratur. Hic autem duplex ex omnibus accipit ut habundat. sicut
etiam in genesi habes patriarchas a fratre suo ioseph geminę singulos stolę
donatos munere cum remitterentur ad patrem ut significarent fra-
trem repertum ioseph quem defunctum esse crediderat pater. Primo-
genitus itaque hereditatis accepit praerogatiuam dicente scriptura.
Hic est initium filiorum eius & huic debentur primogenita. A primo-
genito igitur di filio primogeniti sci & ab illo initio qui ipse est initium
& finis initium scs nuncupatur. Initium filius cui debetur primitiarum
praerogatiua secundum illud ad abraham dictum. Eice ancillam & fili-
um eius. non enim heres erit filius ancillę cum filio meo isaac. quod magis
ad hereditatem uirtutum quam pecunię spectare diuino oraculo docetur
dicente dō. Omnia quaecumque dixit tibi sarra audi uocem eius. quoniam
isaac uocabitur tibi semen. Quae erat alia in isaac nisi sctitatis hereditas.
quae nobilitaret patrem & filium quidem ancillę super nationes praefe-
cit quasi simplam conferens patrimonii. filio autem sarrae dupla dedit
cum non solum temporalia sed etiam superna & perpetua conlata sunt.
M Item secundum allegoriam homo hic qui duas uxores habere dicitur figu-
rare potest dnm xpm qui duas plebes hoc est iudeorum ac gentium sibi
coniugii nomine copulauit. sed odiosa dici potest sinagoga iudeorum.
quae secundum legis latoris attestationem semper contentiosę agebat
contra dnm. & cui stephanus in actibus apostolorum exprobrat dicens.
duri ceruice & incircumcisi cordibus & auribus uos semper spiritui
sco restitistis sicut patres uestri ac uos. Dilecta autem ecclesia est de gen-
tibus. sed non potest hic homo filium dilectę facere primogenitum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_arundel501/0031